

# MATHAEI CVRTII

TICINENSIS CVM NEOTERICIS

Medicis de uenæ in pleuritide sectione  
disceptatio.



VVMAMVLTIS hæc ptractata sit quæstio, num in pleuritide mittendus inter initia sanguis sit ex uena interna, basilicam uocant, eiusdem lateris, an oppositi, et adhuc hodie omnes fere medici a curandi ratione Hippocratis ac Galeni de uient, ideo hanc ipsam hoc tempore ad unguem explicandam esse nobis censui. Quatuor autem *Diuisio.* præcipue peragam. Primum Hippocratis & Galeni autoritatibus internam brachij eiusdem lateris secandam esse uenam monstrabo. Dein contrarias Arabum sententias explicabo. Tertio nostram sententiam rationibus firmabo. Quarto nobis obiecta confutabo.

Quod ad primum attinet, basilicam seu in- *Primum*  
ternam uenam eiusdem lateris in pleuritide inter initia incidendam docet Hippocrates secum uictus acutorum deci, ita scribens, Quum ad

G

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

iugulum dolor extenditur, aut grauitas uel brachium, uel mammillam, aut partes quæ supra transuersum septum sunt, infestat, interim cubiti uena secanda. Neq; dubites copiosum detrahere sanguinem, donec uel rubicundior multo, uel pro puro, rubidoq; , liuidus effluxerit. Quibus uerbis & si ex quo latere sanguis detrahendus sit non expresserit, tamẽ quid senserit ex alio loco facile deprehendi potest. Is est in quarto uictus acutorum sexagesimo septimo, ubi in hunc modum scribit. Si dolor ad superiores partes extenditur, ut iugulum, mammillã, brachium, internã brachiij uenam secare oportet, ab eo uidelicet latere, quod dolore fuerit affectum. Quod si uero quis suppositiciũ esse hunc librum contendat, nihilominus tamẽ de interna eiusdem lateris locutum esse Hippocratem fateri cogitur. His enim uerbis, neq; dubites copiosum detrahere sanguinem, donec uel rubicundior multo, uel pro puro, rubidoq; , liuidus effluxerit, euidenter innuit se de interna oppositi lateris locutũ non esse, nam cum hæc ipsa a particula laborãte nihil euacuet, fieri nõ potest ut ex eiusdem sectione ad sanguinis mutationẽ peruenia

Hippocratis  
locus expli-  
catur.

Sanguinis  
mutatio

MATH. CVRTII DISCEPTATIO.

perueniamus, nisi post extremam euacuationem, quam mox ægrotantis interitus comitat. Sanguis namque, ut in commentario eius aphorismi, & in libro de sanguinis missione testatur Galenus, in latere inflammato collectus caliditatis causa a suo colore euariat. Reliquarum uero partium sanguis, sui similis permanet. His accedit quod constat Hippocratem euacuare humores phlegmonem efficientes, per ea loca ad que sua sponte tendunt, ideoque ex eo latere in quo dolor & grauitas est, ueluti ad quod commode natura tendat, sanguinem esse detrahendum precepit. Hinc cum unicum hoc studuerit Hippocrates, ut quæ ocyssime a laborante particula euacuaret, dolore ad inferiora uergente, potius medicamentis purgandum esse statuit, quæ ita commodius a loco inflammato noxia traheretur, quod ob nimiam distantiam, præsertim natura sursum minime uergente, nec dolorem grauantem in iugulo efficiente, per uenam internam sectionem fieri posse haud putauit. Cæterum per internam uenam intellexisse Hippocratem eam que in eodem latere est in commentario etiam testatur Galenus ita scribens.

Hoc loco rursus explanat sententiam ge-

Κάνταυθα  
 πάλιν ἐρ-  
 γάζεται τὴν  
 τοῦ γνησίου  
 μέρους γνώ-  
 μην· ἐπεὶ πα-  
 ρελέλειπτο  
 δ' σπεωπι-  
 νοούμνον  
 ῥῖσ' εἰρημέ-  
 νοισ' ἀνθρώ-  
 πρσι θεῖ, οἱ  
 οὐκ ἐστὶ κα-  
 τ' ἐυθύτ' πε-  
 πονθύιας  
 πλευρᾶς ποι-  
 εῖσθαι τὴν  
 φλέβα τομί-  
 ην, ὅπερ ἐλ-  
 λωσεν εἰ-  
 πών τέμνειν  
 καὶ τὴν ἐν  
 τῷ βραχίονι  
 φλέβα τὴν  
 εἰσθαι ἐπ' ὅ-  
 κόπερον ἀν' ἡ-  
 τῶν μερῶν  
 κατὰ τόσην

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

nuinae partis libri. Quodem omiserat, sed per  
 ea quae ab eo dicta sunt facile subaudiebat, adie-  
 cit, hoc scilicet, edirecto affecti lateris faciendam  
 esse uenae sectionem. Quod his uerbis indicat, in  
 ternam brachij uenam secare oportet, ab eo uide-  
 licet quod dolore fuerit affectum. Ex his omni-  
 bus constat quod uena nequaquam in crure, sed in bra-  
 chio, eoque edirecto posito, ex Hippocratis sen-  
 tentia secanda sit. Atqui non desunt qui Hippo-  
 cratem in locis iam citatis deriuasse & non reuul-  
 sisse interpretentur, quod eam uenae sectionem non  
 in principio, sed ubi iam tota materia fluxa fue-  
 rit, ita enim loquuntur, adhibuerit. Verum his  
 repugnat curandi Hippocratis ratio, qui primum  
 calorificis fomentis, si sanguis ad costae membra-  
 nas praeter naturam decumbens exiguus, aut  
 ubi fuliginosi flatus modici fuerint, dolorem dis-  
 soluere conatur. Vbi uero fomentis dolor seda-  
 ri non potest, evidens inditium est paulo uehe-  
 mentiore sanguinis ad locum affectum esse de-  
 cursum, doloremque ilico auctiorem fieri, hinc  
 calorifica, ne a uicinis superflua adtrahant, abij-  
 cit, & mox nullo alio interueniente remedio ex  
 latere affecto sanguinem detrahit. Ita ut manife-

Hippocrates in praedictis locis non de deriuatione locutus est.

CVRTII DISCEPTATIO.

stissimū sit primam indicationem Hippocratē a dolore sumpsisse, alteram uero ab humorib. ad locum affectum decumbentibus, adeo ut uehementer errent, qui aliam inter has duas interuenisse putent. Primum enim exiguum sanguinem aut fuliginosum flatū calidis fomentis discutere tentauit, quo ob immodicam iā dictorū copiam nō succedente, statim ad internæ affecti lateris sectionem, nulla alia præcedēte, id quod series uerborū satis mōstrat, festinauit. Hactenus Hippocratem nostram probare sentētiam ostendimus. Iam Galenū hoc idem agere monstrabimus. Is em̄ in cōmen. decimo libri secundi uictus acutorū ita scribit. Quamuis uenæ sectione undecunq; fiat euacuet a toto animalis corpore, nō tamen uelociter neq; æqualiter ex omnibus uenis. Nostra aut̄ intentio studiumq; eo uertitur, ut a loco phlegmonem patiente, plus sanguinis ac celerius euacuetur q̄ a reliquis corporis partibus, præsertim in morbis acutis, id quod interna in cubito uena facit. Internam uero affecti lateris intelligere Galenum euidentissimum est inde, q̄ opposita a loco inflāmato celeriter euacuare non queat. Idem Galenus libro

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

“ deci, tertio thera. in hūc modū scribēs nostrā sē  
“ tentiā cōfirmat. Vbi iecur, pectus, pulmo, aut  
“ cor phlegmōe laborare incoeperint, internam  
“ incidere oportet. In angina, primas in manib.  
“ secundas eas quæ sub lingua habent. At ijs quæ  
“ in occipite sunt sic afflicti, etiam eam quæ in cu  
“ bito est, nec nō eam quæ habetur in frōte. Reni  
“ bus uero & uesica, pudēdo & utero sic habenti  
“ bus, eas quæ in cruribus sunt sitæ; ac potissimū  
“ quæ circa poplitem sunt: sin minus, eas quæ iu  
“ xta malleolum, ac perpetuo quidem in omnib.  
“ quæ edirecto est. Et multo apertius in li. de rati  
“ one curādī per sanguinis missionē ubi ait. Quī  
“ & pleuriticis, quæ edirecto laborantis lateris ad  
“ hibita fuit sanguinis missio, clarissimā sæpe uti  
“ litatem attulit: quæ uero ex brachio opposito,  
“ aut omnino obscurā, aut certe post tēporis in  
“ teruallum. Ex quibus uerbis sole clarius fit Ga  
“ lenum in inflammationibus interiorib. uenę quę  
“ edirecto est sectionem probasse, & ne quis hęc  
“ ipsam iam fluxa materia eū adhibuisse diceret,  
“ addidit hęc uerba: ubi phlegmōe laborare cœ  
“ perint, quibus hanc suspicionem plane exclude  
“ re uoluit. Idem lib. secundo ad Glauconem do  
“ cet in

CURTII DISCEPTATIO.

cet in eum modum scribens. Fluentium igitur humorū, retractio : sic em̄ Hippocrates nominat: eorum autē qui mēbrum iam obsederunt, deriuatio medela est. Vtrūq; autem euacuatio nis genus per communes uenas fieri præcipit. Et paulo post. Quod enim ab ipso κατ' ἴξιν dicitur, hoc ipsum est secundum rectitudinē. Interores aut uenas incidere oportet: hæ em̄ uiciniores magisq; edirecto sunt patientibus membris. Quibus uerbis satis indicat, phlegmōe laborare incipientibus mēbris edirecto secandas esse uenas. Nā id ipsum significare κατ' ἴξιν in li. etiā de sāguis missiōe docet ita scribēs. Hoc aut κατ' ἴξιν quod secundū rectitudinē dicat, omnib in confesso est, cū sepe numero hac uoce κατ' ἴξιν aperte in hoc significato utatur. Quid multa? passim Galenus hāc uocē, secundū rectitudinē interpretatur. Hactenus Hippocratis atq; Galeni autoritatibus sententiā nostrā firmauimus.

Secundo loco Arabum pugnantes nō solū cū Hippocrate & Galeno, uerū etiam inter se ipsas sentētiās, Auicēne scilicet, Razis, Mesues, et Auerrois, explicabimus, neminēq; ex his quū hodie medicantur medicis, has ipsas sequi monstrabimus.

τὸ λέγει κατ' ἴξιν ὅτι ἐνθὺ λέγει πᾶσι ὡμολόγηται σαφῶς αὐτῷ κεχρημένῳ πολλὰ κίς τὸ σημαίνει ὡς τῆ κατ' ἴξιν φωνῆ  
*Secundum*

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

Razis sententia

Razis opinio quæ ex cap. de pleuritide noni ad Almanforem libri colligitur hæc est. Quod in principio pleuritidis mittatur sanguis ex basilica eius partis in qua dolor est nisi totum corpus multo sanguine repletum fuerit, tunc enim ex latere contrario sanguinis detractio fienda. Ex quibus uerbis euidentissimum est Razem non semper uenæ edirecto affecti lateris sectionem, sed tunc solum quum corpus multo sanguine refertum est, damnare. Id quod & in libro Diuisionum capite quinquagesimo quarto facit dum ait. Si pleuritis sit ex sanguine dominante eius cura est phlebotomia basilicæ ex latere opposito, deinde in die tertia ex latere doloris. Et paulo post. Si pleuritis est ex bile flaua, cura eius est phlebotomia de basilica in latere doloris. Cum aut Galenus par. sexta aph. commet, tricesimo tertio ut plurimum a biliosis humoribus pleuritidē fieri innuat, quod subcingentis costas membranæ substantia densa sit, nec propterea quosuis hoc nomine humores suscipiat, sequitur quod ex Razis sententia ut plurimum etiā in pleuritide basilica eiusdem lateris secanda sit. Proinde ab eius opinione recedunt uulgo medicantes medici, qui



ci, qui nunq̄ ex eodem, sed semper opposito la-  
tere sanguinē detrahūt. Nō nihil a Raze uariat  
Auicenna, cuius hæc Fen deci. tertij Ca. tract.  
quinto ca. pri. de cura cōmuni apostematum  
partiū pectoris & pulmonis sententia est. Ex re-  
bus cōmunibus est phlebotomia, sed in princi-  
pio ex latere diuerso, & magis festina de saphē-  
na opposita in lōgitudine, & post ipsam de ba-  
silica opposita in latitudine, & post ipsam de ni-  
gra opposita in latitudine. Si aut̄ nō appareat,  
tūc non oportet ut dimittatur phlebotomia ce-  
phalicæ, quamuis sit eius iuuamētum minus &  
tardius. Deinde post aliquot dies ex latere con-  
ueniēte in latitudine. A qua nimirū sentētia to-  
tus etiam medicamentum neotericorū medicorū  
chorus discedit, cum nunq̄ tot uenæ sectiones  
admittant, neq̄ magis saphenam oppositam in  
longitudine q̄ basilicam oppositā in latitudine  
secerit. Mesues sententia est ut in principio ad  
huc fluēte materia fiat diuersio, & si materia sur-  
sum ascendat & nondum ex toto repleverit, neq̄  
magna plenitudo corporis fuerit, ex basilica op-  
positi lateris extrahet̄ sanguis usq̄ ad mutatiōē  
sanguinis. Si aut̄ repletus fuerit, phlebotomet̄

*Auicennæ sen-  
tentia*

*Deum immor-  
talē quid hoc  
Canone insul-  
sius? quid de  
niq; humano  
generi perni-  
ciosius esse  
posset?*

*Hic de indust-  
ria omisimus  
quæ in cōcor-  
diam Galeni*

*& Auicennæ  
Curtius pro-  
ducit, q̄ omni-  
a præter utri-  
usq; mentem  
torta sint*

*Mesues sen-  
tentia*

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

*Omissimus et  
hoc loco quæ  
Curtius ut  
Mesuen cum  
Raze cõcor-  
de faceret cõ  
tra utriusq;  
mẽtem scrip-  
sit.  
Auerrois se-  
tentia*

*Auenzoar*

*Explosa est  
hęc sententia  
per Petrum  
Brisolium*

saphena in pede opposito, quoniam est eius iuuamẽ-  
tum festinũ & sublime maxime in ascensu ma-  
teriæ ad caput. Si uero materia iã fluxa fuerit ex  
eodem latere fiat phlebotomia. Quam nimirũ  
sententiã nemo hodie medicantium sequitur.  
Auerroes in omnibus inflãmationibus oppo-  
sitã esse secandã uenã contendit, atq; adeo Gale-  
nũ in uniuersalibus sermonibus aliter q̃ in par-  
ticularibus scripsisse nugatur. Huius senten-  
tiam hodie medicãtes nõ amplectuntur, q̃ om-  
nes ferme in iecinoris inflãmationibus uenam  
quæ edirecto est secandã scribant. Auenzoar  
in omnibus pectoris inflãmationibus ex oppo-  
sito detrahendũ esse sanguinem statuit. Eius  
uerba hæc sunt. Cura horum est phlebotomia  
oppositi lateris, licet quibusdam medicis uisũ  
sit q̃ fiat ex latere apostematis, inducentes sup  
hoc uerba logicalia & sophistica, quod non ui-  
detur rationabile, nec uerum esse, imo credo  
certissime quod est omnino mors a grotantis.  
Neq; eã hodie in uniuertum medicantes opini-  
onem imitantur. Iam sole clarius constat, &  
inter se maxime esse discordes Arabes, ita ut ne-  
mo nisi demens plane sit illos imitari uelit.

Reliquū est ut tertiū qđ pollicitus sum præ  
 stē, nempe ut rationib. nostrā sententiā fulciā,  
 quarū hęc prima esto. Cum in iocinoris inflā  
 matione interna quę edirecto est incidatur, erit  
 itidem et in pleuritide incidenda, qđ non ad sit  
 aliqua diuersitatis ratio. Atqui obtrudet quis  
 piā Nicolū Florentinū qui duas affert. Prima  
 qđ in iocinoris inflā matione uehementius qđ in  
 pleuritide ad locū affectū trahant ab uniuerso  
 corpore humores, ideoqđ oportet ut dextrilate  
 ris interna uena secetur, quo humores attracti  
 euacuentur: In pleuertide uero cū tractus non  
 sit tā uehemens, reuellenda potius ex opposito  
 latere humorum impetus. Verum ratio hęc  
 oppositum potius euincit. Cum enim in pleu  
 ritide dolor sit uehemētior qđ in hepatis inflam  
 matione, hepar enim hebetē ueluti sensum ha  
 bet, membrana autem subcingēs ualde sensilis,  
 dolorqđ omnium maxime attrahat, sequitur qđ  
 tum magis, quam in hepatis phlegmone edi  
 recto uena secanda sit. Secunda Nicoli diuer  
 sitatis ratio hęc est. In hepatis inflammatione  
 uena opposita multum ab affecto loco distat,  
 ergo ab eo nihil euacuat. In pleuritide uero

Tertium.

*Ratio hęc do  
 cet ut i oibus  
 inflāmatio. b.  
 edirecto inci  
 damus uenā.  
 Nam perinde  
 ut iecur, tāqđ  
 mēbrū prin  
 cipatū in cor  
 pore habēs  
 ab iniuria pre  
 ter naturā cō  
 fluentiū humo  
 rū ilico uin  
 dicandū erit,  
 ita et reliqua  
 mēbra ierna  
 ut diximus in  
 apologia nos  
 tra.*

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRITIS

uena opposita non in tantum distat. Ratio hæc  
nō procedit, quoniā si fuerit inflammatio in co  
stis inferioribus, tū eodem erit ab utrisq; distā  
tia: in eodē .n. loco sita sunt. Ob id distantie ra  
tione in pleuritide nō minus q̄ in hepatis inflā  
matiōe edirecto ut uenā incidas licebit. Ratio  
nostra secunda cur edirecto uenam secandā esse  
dicamus hæc est. Cum omnes hodie medicātes  
in eo concordēs sint, ut ubi tota, uel pene tota  
fluxa est materia, q̄ tū liceat ex eodem latere de  
trahere sanguinē, sequitur q̄ in principio pleu  
ritidis ubi fere tota materia ad locū affectū fluxa  
est, edirecto sanguis mittendus sit. Fluxam autē  
esse ad locum affectū ex phlegmonis generatio  
ne, quā tradit Galenus in li. de inæquali intem  
perie, demōstrabimus. In generatiōe phlegmo  
nis primū maiores uenæ opplētur, ac distēdūt,  
ab ijs minores, atque ita res procedit, donec ad  
minimas sit peruentū. In ijs ubi ualēter impa  
cta fluxio est, nec adhuc sistit: partim eius per ip  
sarum ora, partim per tunicas, ueluti colatū fo  
ras transmittitur: tum uero spacia ipsa uacua q̄  
inter prima sunt corpora, fluxiōe implētur. Sic  
omnia ab humore, omniq; ex parte incalescunt

ac per

Phlegmonis  
generatio

CVRTII DISCEPTATIO.

ac perfundunt. Ex quibus uerbis satis liquet, quod inter initia phlegmones omnes uenę uicinę sint iam distantę, itemque uacua inter ipsas spacia fluxione impleta, ita ut ferme tota materia ad locum phlegmonis fluxerit, hinc edirecto uena secunda erit. At dicet aliquis, fateor totam ferme materiam ad locum affectum decubuisse, at alia est quę adhuc confluet, & eius nomine, ne scilicet accurrat ut opposita incidatur uena oportet. Respondeo cum medici studium hoc unicum esse debeat, ut phlegmones incrementum prohibeat & dolor mitigetur, sequitur quod potius ad euacuandos humores qui iam ad affectum locum decubuerunt sibi festinandum sit, quam ad reuellendos eos qui adhuc confluere possunt. Qui enim ad circumstantes iam partes & ad locum affectum decubuerunt, hi plane dolorem & phlegmonem auctiorem reddunt. Hinc uehementer errant qui inter initia pleuritidis reuellerent tantum student, cum sit simul reuellendum & euacuandum, id quod eiusdem lateris uenę sectione efficimus. Testis Galenus qui commenta. deci. secundi uictus acutorum ait. Nostra intentio & studium eo uertitur, ut a loco phlegmonem patiente, plus sanguinis accelerius euacuetur, quam

*Medici in phlegmone studium*

*Inter initia simul reuellendum & euacuandum*

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT?

a reliquis corporis partibus.

*Natura per  
directū super  
uacua excer-  
nit.*

Tertia ratio. Cū natura probe suo in excernendis superuacuis fungit munere, tūc semper secūdum directū excernit, ut liquet ex Galeno in tertio de crisib. & in lib. de sanguinis missione, hinc medicū q̄q; qui eandē ubi probe operatū imitari debet, ex opposito latere euacuare nō oportet. Dicent fortassis id ipsum uerū esse ubi humores integre cōcocti fuerint, nā tūc minime natura per oppositū excernit, atq; nobis sermo est de principio pleuritidis, in q̄ nimirū humores morbum facientes adhuc crudi sunt. Respondeo, naturam semper probe excernere ex eodē latere, hinc humoribus existentib. crudis si per oppositum excernit, nō recte ac commode excernit, noxium .n. humorē ex eodem loco ad quē tendit uacuare oportet. Proinde si contingeret etiam naturā ex opposita parte excernere cōcocta, attamē tunc non integre & p̄fecte excerneret, q̄ huic nulla cū affecto mēbro sit cōmunitas. Ob id cum studium & intentio nostra inter initia inflammationū sit nō solū reuellendi sed & euacuandi, sequitur q̄ edirecto sanguis mittēdus sit, & minime ex opposito.

Quarta

CVRTII DISCEPTATIO

Quarta ratio. Nō esse inter initia pleuritidis ex opposito reuellēdū ex his quæ sensui obuia sunt liquet. Sit fons magnus, aqua refertus, a q̄ a dextris & a sinistris riuuli multi oriāt, qui aūt a dextris sunt cæteris pleniores existant: intentio uero nostra sit ut aquā per riuulos a dextris emanantē reuellamus & euacuemus, tū quidē euidentissimum fiet, si fontem quis a dextris exhauriet, citius riuulos q̄ a dextris sunt retrocedere ac deficere q̄ qui a sinistris existūt. Ex Galeni aūt sentētia uena caua est ueluti fons in corpore, a q̄ multi uenarū riuuli oriunt̄ a dextris et a sinistris, q̄ per totū ad deferēdum sanguinem spargunt̄ corpus. In pleuritide itaq̄ uenæ tam maiores q̄ minores latus affectum circūiacētes oppletę sunt, a quib. si uacuare uoluerimus, et facere ut sanguis q̄ in ijs est retrocedat ad uenā cauā tanq̄ ad fontē, ex eodē quidem latere detrahēdus sanguis erit, nā ita ilico retrocedet ex riuulis ad fontē sanguis, id certe q̄d minime fiet ubi ex opposito detraxerimus. Quinta ratio. Humores faciētes pleuritidem ex eodem ad affectum locum confluunt latere, Ergo ex eodem latere etiam mittendus sanguis; nam hoc

*simile*

*Fluxus humorum secundum rectitudinem*

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

pacto siue ab infernis siue a supernis humorū motus fiat, illorum defluxus ad affectum locū impeditur. A supernis enim si decumbant, certum est eisdem uenæ internæ quæ edirecto est sectione auerti, quia humores defluentes penitus euacuat. Ab infernis uero si ferantur, iterum eiusdem uenæ sectio illos intercipit, prohibetq; ne ad uenas costas alentes prrtingant. Dato autē q; ex opposito etiam latere ad affectum locum cōfluant humores, tamē nihilominus si reuellere uis oportet ut ex eodem latere sanguinē detrahas : nam ita riuuli edirecto a suo fonte deriuati rectius exhauriūtur, ut antea ostēsum est

Sexta ratio. Omnes iuxta Galeni mētem fatētur in inflammationibus hepatis, uteri, capitis ac aliorum membrorum ex eodē latere esse detrahendum sanguinem, tantū in pleuritide diuersum statuunt. Atqui si fluentib. humorib. a dextra capitis parte ad sinistrā, in oculoq; efficientibusq; phlegmonem, Galenus ex eodē latere sanguinem mittit, cur non similiter in inflammatione pectoris humoribus de dextra ad sinistram, aut econtra fluentibus, ex eodem latere sanguinem detraheremus. Quod si dixeris humorib.



moribus de dextro ad sinistrum fluentibus, nō oportet ex sinistris sanguinē detrahēre, quia ita humores ad affectum locū trahunt. Quare igit Galenus eiusdē lateris uenæ sectionē in omniū membrorū inflammationibus, quocunq; modo humores confluāt, cōmendat. Certe nullā diuersitatis rationem subesse liquido constat.

Septima ratio. Hippocrates prima aphorismorū particula quæ ducere oportet, quo maxime natura uergit p̄ loca conferentia eo ducere præcepit. Si itaq; natura in pleuritide ad affectum locū humores detrudit, debet eosdem & medicus per idē latus educere. Instas ille aphorismus de euacuatione tantū intelligendus uenit, nobis uero de reuulsione sermo est. Proinde uerum est q̄ euacuatio per eandem partem ad quam natura uergit fieri debet, reuulsio autem per oppositam. Respondeo, hunc aphorismum de euacuatione loqui uerum quidem est, at de ea etiā quæ simul reuellit, atq; in hunc modum citatur a Galeno commentario decimo secundi uictus acutorum, ubi ita scribit. Constat Hippocratē euacuare humores phlegmonem efficiētes per ea loca ad quæ uergūt. Hoc enim

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

uniuersaliter uerum est quod ab eo dicit. Quæ euacuanda sunt, eo duci debent, quo natura cōmode tendit. Id autem sæpenumero euenit, & uarie quidem, pro uarietate partium membranæ costas succingentis. Affectis enim partibus eius superioribus, consentit condoletq; iugulus, brachium, mammilla. Inferioribus autem septum transuersum et hypochondria. Quum ergo dolor extenditur ad superiora, secanda est in cubito ea uena, quæ sanguinē ab affecta particula, copiose ac celeriter & reuellere & euacuare possit. Ex quibus Galeni uerbis sole clarius fit iam citatam Hippocratis sententiam de euacuatione quæ simul reuellit loqui. Iterum obtrudis, quomodo reuulsio fieret per idē latus, cum omnis reuulsio in contrariū humores trahat. Reuulsio porro omnis in contrarium fit, siue sursum, siue deorsum, antrorsum, siue retrorsum, intro siue foras fiat. Præscripsit tamē nihilominus Hippocrates modū tam de reuulsione quæ euacuatione, ex qua parte rectius fieret, nempe ex ea ad quam natura cōmode tendit. Hic si in pleuritide natura ad dextrū latus humores detrudat, iter initia quidē ex eodē latere reuulsio facienda erit.

Quid multa? nihil impedit qui uenæ quæ e directo est sectio dici possit reuulsio, quia in contrariū humorū impetum trahit, ut diximus in apologia nostra.

Octaua

CVRTII DISCEPTATIO

Octava ratio. Intentio nostra studiumq; in pleuritide, ex Galeni decreto, loco iam citato, eo uertitur, ut a loco phlegmonem patiente, plus sanguinis accelerius euacuet, q̄a reliquis corporis partibus. Phlegmone itaq; existente in latere sinistro, si ex dextro detrahimus sanguinem minus a loco affecto euacuamus q̄ ab alijs membris, quod omnium nocentissimum est, nam ita causas quæ ad phlegmones incrementum faciunt, calorem scilicet & dolorē, nō remouemus. Quomodo enim remoueremus si humores phlegmonem efficientes, atq; a deo in affecto loco tensionem procreantes, nō euacuaremus? Vt itaq; doloris magnitudo mitigetur, calorq; immodicus reprimatur, quorum utrunq; ad locum affectum humores ualenter tradit, oportet a loco phlegmonem paciēte euacuare, id q̄d fit uenæ sectione quæ e directo est.

Supereſt quartū ut ſcilicet aduerſariorū ob- *Quartam*  
iecta diluamus. Primum, quod Achilleum eſſe arbitratur, ex ſeptimo colliget Auerrois cap. xxix. deſumptum eſt, qui Galenum alia uniuerſaliter præcepiſſe, alia particulariter obiuiſſe nugatur. Nam in libro de reuulſione Galenus in

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

Hoc obiectū  
in apologia  
nostra etiam  
cōfutauimus.

uniuersum reuulsionem moliendū esse ait humoribus sursum fluentibus, deorsum: deorsum uero in contrarium: intro autem uergentibus foras: ac rursus foras ruentibus, intro. Sin ad dextram inclinent, ad sinistram: ad sinistra uero abeuntibus, in partem aduersam. Retrorsum autem concedentibus, antrorsum: antrorsum uero contra retrorsum. Contrarium autem in xiii. the. metho. docet, ubi inquit, ꝓ iecore phlegmonē paciēte ex dextro, liene uero, ex sinistro detrahendus sanguis sit. Cum itaq; Galenus in uniuersalibus ex opposito reuellendum statuerit, fieri non potest, ut in pleuritide ex eodem latere sanguinem mittēdum dixerit. Hoc equidem argumentum plane inualidū existit, ridiculum enim penitus imaginari Galenum præcepisse in qualibet inflammatione omnes reuulsionis modos per uenæ sectionē adhibēdos esse, quū hoc pacto i pleuritide alijsq; inflammationib. in quib. uehemēs ex omnib. corporis partib. humorū defluxus est, quater aut sepius etiā incidēda uena esset, quod absurdissimum foret, cum in pleuritide in qua humores  
tendunt,

CVRTII DISCEPTATIO.

tendunt ad hypochondria, iuxta Hippocratis & Galeni sententiam, medicamentū potius purgatorium, quā uenæ sectio cōpetat. Non ergo sequitur quod humoribus in pleuritide ad sinistrū latus fluentibus trahendi sint semper ad dextrū, nam si hoc uerū esset tunc humoribus intro uergentibus, trahendi essent foras, & ita in omni phlegmone interna, loco affecto cucurbitula humores foras trahens adhibenda foret, quod minime licebit. Instas adhuc omnes prædicti reuulsionum modi inflammationibus conueniunt, quia licet quouis modo humores ab affecto loco remouere atque alio trahere, id quod tot reuulsionis modis, citius quā uno expedies. Fateor sane uerum esse quod humorum impetus a loco affecto sit reuocandus, quodque multi reuulsionis modi adhibendi sunt, non tamē omnes per uenæ sectionē sed aliquid per cucurbitulas, ligaturas artuum, frictiōesque, ut docet xiiii. the. metho. Galenus. At dicere posses si reuulsio cum phlebotomia, a dextris ad sinistra & e contra non esset adhibenda, tunc nunquā non ex eodem latere facienda erit, non enim apparet ratio diuersitatis. Respondeo Galenum in multis inflam-

*Humorū impetus ab affecto loco reuocandus,*

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

*Alterius cruris scarificatio.*

*Duo in internis inflammationibus necessaria.*

mationibus reuellere ex opposito, non tamen uenae sectioe, sed scarificatioe. Ita in xiii. thera. altero crure male habente, reliquum scarificare praecipit. Et dato q̄ reuulsionem per uenae sectionem que est ex opposito in externis inflammationibus admitteret Galenus, tamen haec ipsa in pleuritide alijsq̄ internis inflammationibus locum non haberet. Nam cum in horum principio duo sint maxime necessaria, reuulsio scilicet & euacuatio, fit ut uena ex opposito que alterum tantum efficere potest non sit secunda. Cum itaq̄ in pleuritide inter initia non tantum reuulsione, sed & simul euacuatione, eorum humoru q̄ ad affectum locum iam decubuerunt, opus sit, ex eodem latere sanguis detrahendus erit, et minime ex opposito. Quid multa? Galeni de reuulsione in oppositum decretum, intelligitur de his morbis, in quib. reuellendi sola est intentio, at in quibus iam nonnulla portio humoru ad affectam particulam & hanc circumiacentia membra decubuit, in his ut dolor mitigetur reuulsio cum euacuatione requiritur. His accedit q̄ quantum ex uenarum ordine, quem Galenus decimo commentario secundi uictus acutorum recenset, liquet.

CVRTII DISCEPTATIO.

quet, & supra etiam dictū est, uenæ quæ edire  
cto est sectio plus reuellit in pleuritide q̄ ea que  
ex opposito est, quia ita sanguis ex riuulis plus  
æquo plenis ilico ad fontem reuertitur. Plus  
etiam reuellere internam eiusdem lateris uenā  
q̄ oppositi inde colligitur, si enim illa uacuat,  
ne uacuum admittatur, citius humores eiusdē  
lateris tanq̄ propinquiores retrocedent q̄ op-  
positi, & ita etiā rectius a loco affecto reuellet.  
Proinde minime uerum est humoribus ad dex-  
tram corporis partem fluētibus ex sinistra per  
uenæ sectionem esse reuellendos, q̄ plures alij  
sint reuulsionis q̄ per uenæ sectionem modi.

Secunda aduersariorum obiectio est desum-  
pta ex libro ij. Galeni ad Glauconem, ubi ait:  
Fluentium humorum, reuulsio, eorum autem  
qui iam membrum obsederunt, deriuatio me-  
dela est. Si itaq; fluentibus humoribus adhibē-  
da reuulsio est, inter initia quidem pleuritidis,  
ubi humores adhuc fluūt, uena quæ ex opposi-  
to est incidēda erit, nā reuulsio ad longinqua  
& cōtraria fit. Adde Galenum lib. xij. the. qui  
in phlegmonibus quæ adhuc in generatione  
sunt, priorem euacuatione esse confluentis ad

*Obiectiones  
has duas i a  
pologia no-  
stra paulo die  
lucidius cōsu-  
tauimus. Nā  
Curtius satis  
obscurè ex  
antiqua uersō*

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

one & certe affectum locum sanguinis inhibitionē scribit.  
 præter Galeni Inhibet aut reuulsiōe ad loca opposita, ergo ab  
 nisiñtia, quē= initio uena opposita est incidēda, atq; adeo sem  
 admodum ad per prius est reuellendum q̄ deriuandum. Fa  
 uersarij cita= teor quidem ut aduersarij cōtendunt, prius es  
 runt, testimo se reuellendum q̄ deriuandū, & quidē in pleuri  
 tia producit. tide prius reuellimus q̄ deriuamus, imo iuxta  
 Proinde nec Gaieni decimo cōmen. ij. uictus acutorum sen  
 huius solutio tentiam, simul reuellimus & euacuamus, dum  
 nes ad genui internam uenam quæ edirecto est incidimus.  
 nā Galeni sen tētia quadrāt  
 Hinc est quōd Verum itaq; est reuellendum esse prius q̄ deri  
 multa hic o= uandum, falsum uero priorem esse reuulsiōe  
 miserim. euacuatione, nam in pleuritide & alijs inflam  
 Nec deriuati mationibus internis simul utrunq; efficimus.  
 onis uim satis itellexit Cur  
 tius, ob bar= Tertia obiectio, Galenus xiii. the. reuulsiō  
 barā ac ine= nem ad maxime longinqua fieri præcipit, ergo  
 ptam Galeni potius ex opposito, q̄ eodem latere: & a uena  
 traductionē. poplitis ac malleolo q̄ interna uena sanguis de  
 Reuulsiō qñ trahēdus erit. Respondeo reuulsiō sane ad ma  
 ad partes lon xime lōginquas partes fieri debet, si modo per  
 ginquas fiēda easdem reuelli potest. Cum uero in pleuritide  
 Nos in apo= uene poplitis aut malleoli sectio ob multam di  
 logia nostra stantiam humores iuxta costas existentes reuel  
 obiectū hoc lere non nisi multo temporis interuallo possit:  
 multis modis  
 cōsultauimus. nam



CVRTII DISCEPTATIO

nam etsi uncias sanguinis sex euacues, tamē ex proximis tantum educes, & minime ex costis nisi post tēporis interuallū. Galenus autē ocyssime reuellendum & euacuandū a membro affecto præcipit, sit ut inter initia incidī non debeat. Et quum nō uno modo, neq; ex eodē loco, neq; iuxta eandē situs differentiam fiant reuulsiones, euidentissimū est reuulsionem ad maxime longinquas partes non semper per uenæ sectionē, sed aliquando cū medicamētis, aliquādo cucurbitulis, frictionibusue fieri. Reuulsio itaq; per uenæ sectionē ad maxime longinquantum locum habet cum reuellēdi tantū intentio adest, id quod tunc fit cū præseruare a morbis futuris conamur. Vbi autem non solū reuellēdi, sed & euacuādi studium est, ueluti incipiētibus iam phlegmonibus, ibi minime adhibēda erit. Hinc Galenus in libro de uenæ sectione ait, incipientes phlegmonas reuullu euacuare oportet. Quod autē reuulsio per uenę sectionē ad maxime longinqua in præseruatione tantū & non iam incipientibus fluxionibus locū habeat ex Galeno euidentissimū fit, qui locū hunc Hippocratis in libro de natura humana decla-

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

ἐπιτηδύμ  
 λέχεται  
 τὸ μᾶλλον ὡς  
 προστάτῳ  
 τέμνειν ἀπὸ  
 τῶν χωρίων  
 εἶθ' ἂν αἰὶ ὁ  
 δυνάμει μεμα  
 θήκασι γί  
 νεσθαι, καὶ  
 αἵμα συλ  
 λέχεται.

rans : operæ precium est, ut cultellus q̄ longissi  
 me a loco ubi dolor esse & sanguis cogi didicit,  
 adigatur: ita scribit. Quod sane sectiones dixe  
 rit eas, quas composita dictione uenæ sectiōes  
 nominant, recte interpretati sunt interpre  
 tes, in eoq̄ conueniunt omnes. Quoniā uero  
 non explicuit utrum dolentibus iam partibus  
 iusserit a longinquis reuulsionem fieri influen  
 tibus adhuc humoribus, an tempore quo pro  
 be adhuc corpus ualuit, in hoc utiq̄ quis ei in  
 dignabitur. Mihi autē magis de sanis dixisse ui  
 detur, ita uolente illo assuefacere redundantes  
 humores, ut ad alias partes ferātur. In summa,  
 reuulsio per uenæ sectionem, quæ a lōginquis  
 fit in uehementi dolore, qualis in inflammatio  
 nibus fit, adhibenda non erit, q̄ doloris cau  
 sas adimere nō queat, alia ergo querenda quæ  
 non solum reuellit, sed etiam euacuat, ut est ea  
 quæ ex eodem fit latere.

Hæc obiectio  
 in apologia  
 nostra abunde  
 confutata est.

Quarta obiectio. Hippocrates in secundo  
 & quarto uictus acutorū libris ex eodem latere  
 sanguinē detrahēs de phlegmone iā cōfecta lo  
 quit, id q̄d hæc uerba dolor iuguli, aut graui  
 tas uel brachiū uel mamillā infestans, satis indi  
 cant,

cant, ergo inter initia ex opposito cōueuit. Hippocratis porro his notis non principiū pleuritis, neq; eiusde perfectionē, sed potius quando uenæ sectio, & quādo medicamentū purgatorium adhibendum sit, docet. Nam grauitas illa, dolorq; adsunt ante confectam phlegmonem, id quod nemo sanæ mētis negare potest. Nequaquā igitur Hippocrates de confecta iam phlegmone loquitur, imo de eius principio, in quo si dolor fomentis sedari non potest, mox nullo alio interueniente remedio, ex eodem latere mittendus sanguis erit.

Quinta obiectio desumpta est ex lib. ij. Galeni ad Glauconem, ubi si ad genu fluxus deferatur, incidere uenā in cubito, aut scilicet interiorem, aut mediam, docet. Atqui istud argumentum nihil aliud probat, nisi q̄ ex superioribus partibus sit euacuandum, ubi ad inferiora fluxus defertur, & econtra ex inferioribus, ubi ad superiora. Id quod ex sequētibus liquet uerbis dum ait. Si uero aliqua pars superior pateatur, per inferiora sanguis est educendus. Semper enim fluxionis motum ad contrarium trahere expedit. Quid multa? Galenus in omni

*In summa nō docebūt hoc argumēto ex opposito brachio esse educendū sanguinē, quia neq; ex opposito neq; edirecto dictiones apposuit Galen. hinc cū nihil definierit, locus hic ex uniuersalib. eius*

DE VENAE SECTIO. IN PLEVRIT.

*explicandus  
erit, ubi ait.  
Perpetuo qui  
dē in omnib.  
que edirecto  
est.*

pleuritide sanguinē ex eodē latere detrahit, & ego non raro expertus sum, multiq; alij uiri peritissimi, id ipsum ægrotantibus esse commo-  
dissimū. Hinc mirari satis non possum recen-  
tiorum medicorum pertinaciam, qui non solū  
in pleuritide, sed & in omnibus alijs inflamma-  
tionibus ex opposito latere sanguinē educunt,  
quod nō solum Galeno pugnat, uerum etiam  
ægrotantium mors est, cum enim in uno tan-  
tum latere affectus est, fit ut hoc modo in  
alterum etiam transferatur. Proin-  
de errant quoq; omnes qui  
illos imitantur.

HAGANOAE EX OFFICINA

Petri Brubachij. An. M. D. XX XIII.

Mense Augusto.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

Cæsareo ad Sexennium.